in eo nominando uenerans ait · Iacob
cephas & iohannes qui uidebantur colum
nae esse · Vel certe quia ipse duodecim tribubus
israhel quae primae crediderant suam epistulam misit ·
merito haec prima poni debuit · Merito
petri secunda est · quia ipse electis aduenis ·
quos greci dicunt proselitis · hoc est eis scripsit
qui de gentilitate ad iudaismum · de iu
daismo ad electionis euangelicae gratiam
conuersi sunt · Merito iohannis epistulae tertio
loco sunt positae · quia ipse his scripsit ·
qui de gentibus crediderant · cum nec natura nec
professione iudaei extitissent · Denique
multi scriptorum ecclesiasticorum · in quibus
sanctus athanasius alexandrinae praesul ecclesiae
primam eius epistulam ad parthos scriptam esse

Licenza: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 262, p. 4 – Beda in epistolas canonicas (http://www.e-codices.ch/it/csg/0262/4)